

BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

Bendecido por S.S. Pio XII

Organo Oficial Interdiocesano, mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, Manila, Islas Filipinas.

Al comenzar un nuevo año que formará el volumen de la ya larga serie del Boletín Eclesiástico, queremos acompañar el saludo de regla a nuestros lectores antiguos y nuevos con la oración siguiente compuesta por Su Santidad el Papa traducida del italiano. Aunque compuesta para el Congreso de Apostolado secular no cabe duda que es muy apropiada para cuantos sacerdotes y párrocos están unidos al apostolado jerárquico o integran ese apostolado. Ni que decir tiene que esos mismos son los deseos del Boletín para todos los suscritores.

Domine Jesu, qui nobis contulisti honorem, ut apostolatui hierarchico, licet tenuem, auxiliatricem operam demus, tu qui caelestem Patrem rogasti, ut non tollat nos de mundo, sed ut servet nos a malo, copiosum concede nobis lumen et robur tuum, quo in nobis spiritum tenebrarum et peccati vincamus, at—officiorum nostrorum memores, in bonis operibus perseverantes, causae tuae studio inflammati,—impensis viribus recti exempli, precum, sollertiae et supernaturalis vitae, digniores nos cotidie evadamus munere, quod exsequimur, aptiores ad stabilendum et provehendum inter homines, fratres nostros, regnum iustitiae, amoris et pacis.

Ex Aedibus Vaticanis, die XIV mensis Octobris anno MCMLI. (English version see page 24.)

PARTE OFICIAL

Curia Romana

Sacra Congregatio Rituum

DECRETUM GENERALE

QUO LITURGICUS HEBDOMADAE SANCTAE ORDO INSTAURATUR

Maxima redemptionis nostrae mysteria, passionis nempe, mortis et resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ab apostolica inde aetate singulari prorsus recordatione celebrare quotannis studuit sancta Mater Ecclesia. Summa in primis eorundem mysteriorum momenta peculiari triduo recolebantur, Christi scilicet «crucifixi, sepulti, suscitati» (S. Augustinus, Ep. 55, 14); mox institutionis sanctissimae Eucharistiae solemnisi memoria addita fuit; ac demum, dominica quae passionem proxime antecedit, liturgica accessit celebratio triumphalis Domini nostri Regis messianici ingressus in sanctam civitatem; peculiaris exinde liturgica hebdomada exorta est, quae, ob excellentiam mysteriorum celebratorum, et sancta appellata et amplissimis piissimisque ritibus ditata fuit.

Hi autem ritus iisdem hebdomadae diebus iisdemque dierum horis initio celebrabantur quibus sacrosancta mysteria contigerunt. Institutio itaque sanctissimae Eucharistiae feria quinta, vespere, recolebatur, solemnisi missa in Cena Domini; feria autem sexta peculiaris actio liturgica de passione et morte Domini horis postmeridianis celebrabatur; denique vespere sabbati sancti sollemnis inchoabatur vigilia, quae mane sequenti in gaudio resurrectionis finem habebat.

Media autem aetate, tempus agendaе liturgiae his diebus, variis in id concurrentibus causis, ita anticipari coeptum est, ut eadem media aetate ad finem vergente, omnes liturgicae illae sollemnitates ad horas usque matutinas antepositae fuerint, profecto non sine detrimento liturgici sensus, nec sine confusione inter evangelicas narrationes et ad eas pertinentes liturgicas repraesentationes. Solemnisi praesertim paschalis vigiliae liturgia, a propria nocturna sede avulsa, nativam perspicuitatem ac verborum et symbolorum sensum amisit. Praeterea sabbati sancti dies, praecoci paschali gaudio invasus, propriam indolem perdidit luctuosam memoriae dominicae sepulturae.

Recentiori porro aetate alia denique accessit rerum mutatio eademque sub aspectu pastoralis gravissima. Etenim, feria quinta,

sexta et sabbatum sanctae hebdomadae per plura saecula inter dies festivos connumerabantur, eo sane consilio, ut cunctus populus christianus, a servilibus operibus expeditus, sacris horum dierum caerimoniis interesse posset; at saeculo decimo septimo currente ipsi Romani Pontifices, ob condiciones vitae socialis prorsus immutatas, dierum festivorum numerum imminuere adacti sunt. Urbanus itaque VIII, Constitutione apostolica «Universa per orbem», diei 24 septembris anni 1642 sacrum quoque hebdomadae sanctae triduum, non amplius inter festivos, sed inter feriales dies recensere coactus est.

Exinde vero fidelium ad sacros hos ritus frequentia necessario decrevit, ea praesertim de causa, quod eorum celebratio iam diu ad horas matutinas anteposita fuerat, quando scilicet scholae, opificia et publica cuiusque generis negotia, ubique terrarum, diebus feriatis peragi solent et peraguntur. Communis reapse et quasi universalis experientia docet, solemnes gravesque has sacri tridui liturgicas actiones a clericis peragi solere, ecclesiarum aulis saepe quasi desertis.

Quod sane valde est dolendum. Etenim sacrosanctae hebdomadae liturgici ritus, non solum singulari dignitate, sed et peculiari sacramentali vi et efficacia pollent ad christianam vitam alendam, nec aequam obtinere possunt compensationem per pia illa devotionum exercitia, quae extraliturgica appellari solent, quaeque sacro triduo horis postmeridianis absolvuntur.

His de causis viri in re liturgica peritissimi, sacerdotes curam animarum gerentes, et in primis ipsi Excellentissimi Antistites, recentioribus annis enixas ad Sanctam Sedem preces detulerunt, postulantes, ut liturgicae sacri tridui actiones, ad horas, ut olim, postmeridianas revocarentur, eo sane consilio, ut omnes fideles facilius iisdem ritibus interesse possint.

Re autem mature perpensa, Summus Pontifex Pius XII, anno iam 1951 sacrae paschalis vigiliae liturgiam instauravit, ad nutum interim Ordinariorum et ad experimentum peragendam.

Cum porro huiusmodi experimentum optimum universe habuerit successum, prout Ordinarii quamplures Sanctae Sedi retulerunt, cumque iidem Ordinarii petitiones iterare non omiserint, poscentes, ut sicut pro vigilia paschali ita etiam pro aliis sanctae hebdomadae diebus similis fieret liturgica instauratio, sacris functionibus ad horas vespertinas restitutis, attento denique quod misae vespertinae, per Constitutionem apostolicam «Christus Dominus» diei 6 ianuarii anni 1953 praevisae, frequentiore adstante populo ubicumque celebrantur; his omnibus prae oculis habiti, Ss.mus D. N. Pius Papa XII mandavit ut Commissio instaurandae liturgiae, ab eodem Ss.mo Domino con-

stituta, quaestionem hanc de Ordine hebdomadae sanctae instaurando examinaret et conclusionem proponeret. Qua obtenta, eadem Sanctitas Sua decrevit ut, pro rei gravitate, tota quaestio peculiari examini subiceretur Eminentissimorum Patrum Sacrae Rituum Congregationis.

Eminentissimi autem Patres, in Congregatione extraordinaria diei 19 iulii currentis anni, ad aedes Vaticanas coadunati, re mature perpensa, unanimi suffragio Ordinem hebdomadae sanctae instauratum approbandum et praescribendum censuerunt, si Ss.mo Domino placuerit.

Quibus omnibus Ss.mo Domino Nostro ab infrascripto Cardinali Praefesto per singula relatis, Sanctitas Sua ea, quae iidem Eminentissimi Cardinales deliberaverant, approbare dignata est.

Quapropter, de speciali mandato eiusdem Ss.mi D. N. Pii divina Providentia Papae XII, Sacra Rituum Congregatio ea quae sequuntur statuit:

I—Instauratus Ordo hebdomadae sanctae praescribitur

1. Qui ritum romanum sequuntur, in posterum servare tenentur Ordinem hebdomadae sanctae instauratum, in editione typica Vaticana descriptum. Qui alios ritus latinos sequuntur, tenentur tantummodo servare tempus celebrationum liturgicarum in novo Ordine statutum.

2. Novus hic Ordo servari debet a die 25 martii, dominica II Passionis seu in palmis, anni 1956.

3. Per totam hebdomadam sanctam nulla admittitur commemoratio, et in missa prohibentur quoque collectae, qualibet titulo imperatae.

II—De hora competenti qua sacra Liturgia hebdomadae sanctae celebranda est.

De officio divino

4. Dominica II Passionis seu in palmis, feria II, III et IV hebdomadae sanctae, officium divinum horis consuetis persolvitur.

5. In triduo sacro, id est: feria V in Cena Domini, feria VI in Passione et Morte Domini, et sabbato sancto, si officium peragatur *in choro*, vel *in communi*, haec servantur:

Matutinum et Laudes non anticipantur de sero, sed dicuntur mane, hora competenti. In ecclesiis tamen cathedralibus, cum feria V in Cena Domini missa chrismatis mane celebretur, Matutinum et Laudes eiusdem feriae V anticipari possunt de sero.

Horae minores dicuntur hora competenti.

Vesperae feria V et VI omittuntur, cum earum locum teneant functiones liturgicae principales horum dierum. Sabbato sancto vero dicuntur post meridiem, hora consueta.

Completerium feria V et VI dicitur post functiones liturgicas vespertinas; sabbato sancto omittitur.

In privata recitatione, his tribus diebus, omnes horae canonicæ dici debent, iuxta rubricas.

De missa, vel actione liturgica principali

6. Dominica II Passionis sollemnis benedictio et processio ramorum fiunt mane, hora consueta; in choro autem post Tertiam.

7. Feria V in Cena Domini, missa chrismatis celebratur post Tertiam. Missa autem in Cena Domini celebranda est vespere, hora magis opportuna, non autem ante horam quintam post meridiem, nec post horam octavam.

8. Feria VI in Passione et Morte Domini sollemnis actio liturgica celebratur horis postmeridianis, et quidem circa horam tertiam; si vero ratio pastoralis id suadeat, licet tardiores eligere horam, non autem ultra horam sextam.

9. Sollemnis paschalis vigilia celebranda est hora competenti, ea scilicet, quae permittat missam solemnem eiusdem vigiliae incipere circa mediam noctem inter sabbatum sanctum et dominicam Resurrectionis.

Ubi tamen, ponderatis fidelium et locorum condicionibus, de iudicio Ordinarii loci, horam celebrandae vigiliae anticipari conveniat, haec non inchoetur ante diei crepusculum, aut certe non ante solis occasum.

III—De abstinentia et ieiunio quadragesimali ad mediam noctem sabbati sancti protrahendis.

10. Abstinentia et ieiunium tempore quadragesimae praescriptum, quod hucusque, iuxta can. 1252 § 4, sabbato sancto cessabat post meridiem, in posterum cessabit media nocte eiusdem sabbati sancti.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Die 16 novembris anni 1955.

C. Card. CICOGNANI,
S. R. C. Praefectus

L. ✠ S.

✠ A. CARINCI, Archiep. Seleuc.,
S. R. C. a secretis

Sacra Congregatio Rituum

Instructio

DE ORDINE HEBDOMADAE SANCTAE INSTAURATO RITE PERAGENDO

Cum propositum instaurati Ordinis hebdomadae sanctae eo spectet, ut veneranda liturgia horum dierum, horis propriis simulque opportunis restituta, a fidelibus facilius, devotius ac fructuosius frequentari possit, permagni interest, ut idem salutare propositum ad optatum exitum deducatur.

Propterea huic Sacrae Rituum Congregationi opportunum visum est, generali decreto de instaurato Ordine hebdomadae sanctae *Instructionem* addere, qua et transitus ad novum ordinem fructus ex viva participatione sacrarum caerimoniarum percipiendos securius ducantur.

I—De praeparationi pastoralis et rituali

Omnibus itaque quorum interest huius *Instructionis* cognitio et observantia iniungitur.

1. Locorum Ordinarii sedulo provideant, ut sacerdotes, praesertim qui curam animarum gerunt, bene sint edocti, non solum de rituali celebratione instaurati Ordinis hebdomadae sanctae, verum etiam de eius liturgico sensu ac pastoralis proposito.

Curent praeterea ut etiam fideles, sacro quadragesimali tempore, aptius instruuntur ad instauratum hebdomadae sanctae Ordinem rite intelligendum, ita ut in eiusdem celebratione mente ac spiritu devotam sumant partem.

2. Praecipua autem capita instructionis populo christiano tradendae haec sunt:

a) *Pro dominica II Passionis, quae «in palmis» vocatur*

Invitentur fideles ut frequentiores ad solemnem processionem palmarum conveniant, Christo Regi publicum testimonium amoris et gratitudinis reddituri.

Moneantur porro fideles ut tempestive, currente sancta hebdomada, ad sacramentum paenitentiae accedant; quae quidem monitio illic praesertim urgenda est, ubi consuetudo invaluit ut fideles vespere sabbati sancti et mane dominicae Resurrec-

tionis quasi catervatim ad sacrum tribunal conveniant. Studeant igitur animarum curatores ut per totam sanctam hebdomadam, prasertim vero sacro triduo, fidelibus facilis occasio praebeatur ad sacramentum paenitentiae accedendi.

b) *Pro feria V in Cena Domini*

Erudiantur fideles de amore quo Christus Dominus, «pridie quam pateretur», sacrosanctam instituit Eucharistiam, sacrificium et sacramentum, Passionis suae memoriale perpetuum, per manus sacerdotum perenniter celebrandum.

Invitentur quoque fideles, ut post missam «in Cena Domini», debitam augustissimo Sacramento adorationem reddant.

Ubi demum pedum lotio, ad mandatum Domini de amore fraterno demonstrandum, secundum Ordinis instaurati rubricas in ecclesia peragitur, edoceantur fideles de profunda huius sacri ritus significatione, ac de opportunitate ut ipsi hoc die christianae caritatis operibus abundant.

c) *Pro feria VI in Passione et Morte Domini*

Disponantur fideles ad rectam intelligentiam singularis actionis liturgicae huius diei, in qua, post lectiones sacras et preces, Passio Domini nostri solemniter decantatur; orationes pro totius Ecclesiae et generis humani necessitatibus offeruntur; deinde a familia christiana, clero et populo, sancta Crux, nostrae redemptionis trophaeum, devotissime adoratur; postremo, iuxta instaurati Ordinis rubricas et sicut mos fuit per multa saecula, omnes qui id cupiunt et rite parati sunt, ad sacram quoque communionem accedere possunt, ea potissimum mente, ut corpus Domini, pro omnibus hoc die traditum, devote sumentes, uberriores redemptionis fructus percipiant.

Instant porro sacerdotes ut fideles hoc sacratissimo die piam servant mentis recollectionem, nec legem obliviscantur abstinentioniae et ieiunii.

d) *Pro sabbato sancto et vigilia paschali*

Oportet in primis, ut fideles de peculiari natura liturgica sabbati sancti diligenter edoceantur. Est autem dies summi luctus, quo Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, passionem eius et mortem meditando; a sacrificio missae, sacra mensa denudata, abstinendo; usque dum, post solemnem vigiliam seu nocturnam Resurrectionis expectationem, locus detur gaudiis paschalibus, quorum abundantia in sequentes dies exundat.

Huius vero vigiliae propositum et finis in eo est, ut liturgica actione demonstretur et recolatur, quomodo ex morte Domini nostra promanaverit vita et gratia. Itaque sub cerei paschalis signo ipse Dominus «lux mundi» (Ioan. 8, 12) proponitur, qui peccatorum nostrorum tenebras, gratia suae lucis, profligavit; paschale praeconium profertur, quo splendor sanctae noctis Resurrectionis decantatur; memorantur Dei magnalia in antiquo foedere peracta, mirabilium Novi Testamenti pallentes imagines; aqua baptismalis benedicitur, in qua, «consepulti cum Christo» in mortem peccati, cum eodem Christo resurgimus, ut «in novitate vitae ambulemus» (Rom. 6, 4); hanc denique gratiam, quam Christus nobis promeruit et in baptismo contulit, renovatis eiusdem baptismatis promissionibus, vita moribusque coram omnibus testificari pollicemur; postremo, implorato triumphantis Ecclesiae interventu, sacra vigilia solemni Resurrectionis missa terminatur.

3. Nec minus necessaria est praeparatio ritualis sacrarum caerimoniarum hebdomadae sanctae.

Quapropter ea omnia, quae ad piam ac decoram celebrationem liturgicam huius sanctissimae hebdomadae occurrunt, sollicite paranda et ordinanda sunt; sacri praeterea ministri ceterique ministrantes, sive clerici sive laici, potissimum si pueri sint, iis quae ab ipsis peragenda erunt, sedulo instituantur.

II—Adnotationes ad quasdam rubricas Ordinis hebdomadae sanctae

a) *Pro universa hebdomada sancta*

4. Ubi copia habeatur sacrorum ministrorum, sacra functiones hebdomadae sanctae cum omni splendore sacrorum rituum peragantur. Ubi vero sacri ministri desint, adhibeatur ritus simplex, servatis rubricis peculiaribus, ut suis locis notatur.

5. In Ordine hebdomadae sanctae instaurato, quotiescunque dicitur: «ut in Breviario romano», omnia desumenda sunt ex praedicto libro liturgico, servatis autem normis, per decretum generale S. Rituum Congregationis «De rubricis ad simpliciorum formam redigendis», diei 23 martii anni 1955, statutis.

6. Per totam hebdomadam sanctam, id est a dominica II Passionis seu in palmis usque ad missam vigiliae paschalis inclusive, in missa (et feria VI in solemni actione liturgica), si solemniter celebratur, scilicet cum ministris sacris, ea omnia,

quae diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii officii cantant vel legunt, a celebrante omittuntur.

b) *Pro dominica II Passionis seu in palmis*

7. In benedictione et processione adhibeantur rami palmarum seu olivarum, vel aliarum arborum. Hi rami, secundum locorum varios usus, vel ab ipsis fidelibus parantur et in ecclesiam afferuntur; vel, benedictione peracta, fidelibus distribuantur.

c) *Pro feria V in Cena Domini*

8. Pro solemni Sacramenti repositione paretur locus aptus in aliquo sacello vel altari ecclesiae, sicut in Missali romano praescribitur, et decenter quoad fieri potest, ornatur velis et luminaribus.

9. Servatis Sacrae Rituum Congregationis decretis de vitandis vel tollendis abusibus in hoc loco parando, plane commendatur severitas quae liturgiae horum dierum convenit.

10. Parochi vel ecclesiarum rectores tempestive moneant fideles de publica adoratione sanctissimae Eucharistiae, inde ab expleta missa in Cena Domini instituenda, et protrahenda saltem usque ad mediam noctem, quando scilicet liturgicae recordationi institutionis sanctissimae Eucharistiae succedit memoria Passionis et Mortis Domini.

d) *Pro vigilia paschali*

11. Nihil impedit quominus signa, in cereo paschali a celebrante stilo incidenda, coloribus vel alio modo antea praeparantur.

12. Convenit, ut candelae, quas clerus et populus gestant, accensae maneant, dum praeconium paschale canitur, et dum renovatio promissionum baptismatis peragitur.

13. Vas aquae benedicendae convenienter ornari decet.

14. Si aderunt baptizandi, praesertim si plures sint, permittitur caerimonias Ritualis romani, quae ipsam baptismi collationem praecedunt, id est, in baptismo infantium usque ad verba «Credis» (*Rituale romanum*, tit. III, cap. II, n. 12), et in baptismo adultorum usque ad verba «Quis vocaris?» (*Rituale romanum*, tit. III, cap. IV, n. 38), eodem mane, tempore opportuno, praemittere.

15. Si contingat in hac solemnī vigilia sacras quoque Ordinationes conferri, pontifex ultimam admonitionem (cum impositione sic dicti «pensi»), quae iuxta Pontificale romanum post benedictionem pontificalem et ante ultimum evangelium locum habet, hac nocte eidem benedictioni pontificali praemittat.

16. In vigilia Pentecostes, omissis lectionibus seu prophetiis, et aquae baptismalis benedictione ac litaniiis, missa, etiam conventualis, vel solemnī aut cantata, incipitur more solito, facta ad gradus altaris confessione, ab introitu «Cum sanctificatus fuero», ut in Missali romano ibidem pro missis privatis ponitur.

17. Feria V in Cena Domini, antiquissima romanae Ecclesiae servanda est traditio, qua, privatarum missarum celebratione interdicta, omnes sacerdotes omnesque clerici, sacris in Cena Domini intersint, ad sacram mensam accessuri (cfr. can. 862).

Ubi vero ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius unam alteramve missam lectam in singulis ecclesiis vel oratoriis publicis permittere poterit; in oratoriis autem semipublicis unam tantum missam lectam; ea quidem de causa, ut omnes fideles hoc sacro die missae sacrificio interesse et corpus Christi sumere possint. Hae autem missae inter easdem diei horas permittuntur, quae pro missa solemnī in Cena Domini assignatae sunt (*Decretum*, n. II, 7).

18. Eadem feria V in Cena Domini, sacra communio fidelibus distribui potest tantummodo inter missas vespertinas, vel continua ac statim ab iis expletis; item sabbato sancto dari potest tantummodo inter missarum solemnīa, vel continuo ac statim ab iis expletis; exceptis infirmis vel in periculo mortis constitutis.

19. Feria VI in Passione et Morte Domini, sacra communio distribui potest unice inter solemnem actionem liturgicam postmeridianam, exceptis item infirmis vel in periculo mortis constitutis.

20. Sacerdotes, qui missam solemnem vigiliae paschalis hora propria celebrant, id est post mediam noctem quae intercedit inter sabbatum et dominicam, possunt ipso dominico die Resurrectionis missam festivam celebrare, atque etiam, si indultum habeatur, bis aut ter.

21. Locorum Ordinarii, qui feria V in Cena Domini, missam chrismatis mane celebraverint, possunt vespere missam quoque solemnem in Cena Domini litare; sabbato sancto vero, si vigiliam solemnem paschalem celebrare voluerint, possunt, sed

non tenentur, missam solemnem ipso die dominicae Resurrectionis litare.

22. Quoad ieiunium eucharisticum servantur normae in Constitutione apostolica «Christus ominus» diei 6 ianuarii anni 1953 traditae.

III—De quibusdam difficultatibus componendis

23. Cum pro diversitate locorum et gentium plures numerentur populares consuetudines, hebdomadae sanctae celebrationi connexae, studeant locorum Ordinarii et sacerdotes curam animarum gerentes, ut consuetudines huiusmodi, quae solidam pietatem fovere videantur, cum instaurato Ordine hebdomadae sanctae prudenter componantur. Edoceantur porro fideles de summo valore sacrae Liturgiae, quae semper, et his praesertim diebus, ceteras devotionis species et consuetudines, quamvis optimas, natura sua longe praecellit.

24. Ubi mos hucusque vigit domos benedicendi ipso sabbati sancti die, locorum Ordinarii congruas edant dispositiones, ut haec benedictio opportuniore tempore, ante vel post Paschatis festum, a parochis, vel ab aliis sacerdotibus animarum curam gerentibus ab ipsis delegatis, peragatur, qui, hanc nacti occasionem, fideles sibi commissos paterne invisent, ac de eorum statu spirituali certiores se reddant (can. 462), n. 6).

25. Campanarum pulsatio, feria V in Cena Domini in missa solemni vespertina, et sabbato sancto in missa vigiliae ad initium hymni Gloria in excelsis praescripta, hoc modo fiat:

a) In locis, in quibus una tantum habetur ecclesia, campanae pulsentur hora, qua dicti hymni incipit cantus;

b) In locis autem, ubi plures ecclesiae exstant, sive in omnibus eodem tempore sacrae caerimoniae peragantur, sive tempore diverso, campanae omnium ecclesiarum eiusdem loci pulsentur una cum campanis ecclesiae cathedralis, vel matricis aut principalis. In dubio quaenam ecclesia in loco sit matrix aut principalis, adeatur Ordinarius loci.

Die 16 novembris anni 1955.

C. Card CICOGNANI,
S. R. C. Praefectus

L. ✠ S.

✠ A. CARINCI, Archiep Seleuc.,
S. R. C. a secretis

(*L'Osservatore Romano* 27 Novembre 1955)

Decreto general de la Sagrada Congregación de Ritos estableciendo el nuevo “Ordo” litúrgico de la Semana Santa

(16 de noviembre de 1955)

Los más grandes misterios de nuestra redención, es decir, la pasión, la muerte y la resurrección de Nuestro Señor Jesucristo, fueron celebrados cada año por la santa madre Iglesia, desde la época apostólica, con una solemnidad muy singular. Se conmemoraron ante todo los momentos más salientes en un especial triduo llamado de Cristo “crucificado, sepultado y resucitado” (San Agustín, ep. 55, 14); se añadió después la solemne conmemoración de la institución de la Santísima Eucaristía; y, finalmente, en la dominica que precede inmediatamente a la pasión, se insertó la celebración litúrgica de la entrada triunfal de Nuestro Señor, Rey-Mesías en la Ciudad Santa. De ahí que aquella especial semana litúrgica fuese llamada, por la importancia de los misterios en ella conmemorados, “santa”, y fué enriquecida con ritos cada vez más espléndidos y piadosos.

Estos ritos se celebraron al principio en los mismos días y a la misma hora en que habían sucedido los misterios recordados. Y así la institución de la Santísima Eucaristía se conmemoraba en la tarde del jueves con la misma solemne “in Cena Domini”; en la tarde del viernes se desarrollaba una especial función litúrgica en conmemoración de la pasión y muerte del Señor; y por la tarde del sábado se daba comienzo a la solemne vigilia, que terminaba a la mañana siguiente con la gloria de la resurrección.

Sin embargo, en la Edad Media, y por varias causas, se comenzó a anticipar la hora de las funciones litúrgicas de estos días, de modo que a finales de la Edad Media todas aquellas solemnidades fueron celebradas por la mañana, con daño evidente del sentido litúrgico y no sin oposición con la narración evangélica y las correlativas conmemoraciones litúrgicas. Sobre todo la solemne vigilia pascual, desplazada de su apropiada hora nocturna, perdió toda su originaria claridad y el significado de las fórmulas y de los símbolos. Por otra parte, el Sábado Santo, dedicado a una anticipada gloria pascual, perdió su carácter de luto o duelo en recuerdo de la sepultura del Señor.

En tiempos más recientes se introdujo otro cambio, y éste, desde el punto de vista pastoral, más grave. De hecho el Jueves, el Viernes y el Sábado Santos fueron contados durante muchos siglos entre los días festivos, precisamente para permitir a todos los fieles, libres de trabajo, asistir a los sagrados ritos de aquellos días. Pero en el siglo XVII, dadas las condiciones

de la vida social radicalmente transformada, los Sumos Pontífices se vieron obligados a disminuir el número de los días festivos. Así, Urbano VIII, con la constitución apostólica "*Universa per Orbem*", del 24 de septiembre de 1642, se vió precisado a reducir a días feriales el triduo sagrado de la Semana Santa.

De ello derivó necesariamente una disminución de la asistencia de los fieles a estos ritos, sobre todo por razón de que su celebración había sido anticipada desde hacía mucho tiempo a la mañana, cuando en todas partes están abiertas las escuelas y oficinas y se realizan toda clase de negocios en días feriales o de trabajo. La experiencia común y casi universal enseña que frecuentemente estas solemnes funciones litúrgicas del triduo sagrado son celebradas por el clero en iglesias casi desiertas. Lo que ciertamente es de lamentar. Pues los ritos de la Semana Santa no sólo tienen una especial dignidad, sino que poseen también una singular fuerza y eficacia sacramental para alimentar la vida cristiana, y no pueden tener compensación adecuada en los piadosos ejercicios de devoción, llamados comúnmente "extralitúrgicos", que tienen lugar en la tarde del triduo sacro.

Por todas estas razones eminentes liturgistas, sacerdotes con cura de almas y en primer lugar los mismos excelentísimos Obispos, han dirigido en estos últimos tiempo insistentes súplicas a la Santa Sede pidiendo que las funciones litúrgicas del triduo sacro fuesen trasladadas, como sucedía antes, a la tarde, y precisamente para hacer posible que los fieles puedan tomar parte más fácilmente en ellas.

Estudiada cuidadosamente la cuestión, el Sumo Pontífice Pío XII restauró ya en 1951 la liturgia de la vigilia pascual, que había de celebrarse con la autorización de los Ordinarios y como experimento.

Habiéndose obtenido de esta experiencia óptimos resultados en todas partes, según han informado a la Santa Sede muchísimos Ordinarios, y habiendo reiterado los mismos Ordinarios sus peticiones en solicitud de que, como para el Sábado Santo, se procediese a una reforma semejante para los otros días de la Semana Santa, trasladando las funciones sagradas a la tarde; considerando además que las misas vespertinas previstas por la Constitución apostólica "*Christus Dominus*" del 6 de enero de 1953 se celebran por doquier con numerosa concurrencia de fieles; teniendo presente todas estas cosas, la santidad de nuestro señor Pío Papa XII dispuso que la comisión nombrada por el mismo Padre Santo para la reforma de la liturgia examinase la cuestión de la reforma del "*Ordo*" de la Semana Santa y formulase sus conclusiones. Tras de lo cual el mismo Padre Santo quiso que, dada la importancia del caso, toda la cuestión fuese sometida a un

particular examen de los eminentísimos Cardenales miembros de la Sagrada Congregación de Ritos.

Estos eminentísimos Cardenales, reunidos en sesión extraordinaria el 19 de julio del corriente año en el palacio vaticano, opinaron, con voto unánime, que el nuevo "Ordo" de la Semana Santa fuese aprobado y prescrito si así parecía bien al Padre Santo.

Presentada al Padre Santo una relación detallada de todo por el Cardenal que suscribe, prefecto de la Sagrada Congregación de Ritos, Su Santidad se ha dignado aprobar cuanto ya habían deliberado los eminentísimos Cardenales.

Por ello, y por especial mandato de Su Santidad Pío XII, la Sagrada Congregación de Ritos establece lo siguiente:

I.—Obligatoriedad del nuevo "Ordo" de la Semana Santa.

1. Cuantos siguen el rito romano quedan obligados de ahora en adelante a observar el "*Ordo hebdomadae sanctae instauratus*" según la edición típica vaticana.

Aquellos que siguen los otros ritos latinos están obligados a observar el nuevo "Ordo" sólo en cuanto se refiere a la hora de las funciones.

2. El nuevo "Ordo" entrará en vigor el día 25 de marzo de 1956, segunda dominica de Pasión o de Ramos.

3. Durante toda la Semana Santa quedan excluidas todas las conmemoraciones y en la misa se omiten también todas las colectas, bajo cualquier título imperadas.

II.—Hora apta para las funciones litúrgicas de la Semana Santa.

Para el oficio divino

4. En la segunda dominica de Pasión o de Ramos, el Lunes, Martes y Miércoles Santos, el oficio divino se reza en las horas acostumbradas.

5. Durante el triduo sacro, o sea, Jueves, Viernes y Sábados Santos, si el oficio se recita "*in coro o in commune*", se observará lo que sigue:

Los maitines y laudes no se anticipan a la tarde precedente, sino que se rezan por la mañana y a hora competente. En las catedrales, sin embargo, comoquiera que en la mañana del Jueves Santo ha de celebrarse la

misa para la consagración de los santos óleos, los maitines y laudes del mismo jueves se pueden anticipar a la tarde precedente.

Las horas menores se rezarán a hora apropiada.

Las vísperas del jueves y viernes se omiten, ocupando su lugar las funciones principales de estos días. El Sábado Santo, en cambio, se rezan después del mediodía, a la hora acostumbrada.

Las completas del jueves y viernes se dirán después de las funciones litúrgicas de la tarde; el Sábado Santo se omiten.

En la recitación privada, todas las horas canónicas de estos tres días se deben decir según las rúbricas.

Para la misa o función litúrgica principal

6. En la segunda dominica de Pasión o de Ramos la solemne bendición y procesión de las palmas se hará por la mañana a la hora acostumbrada; donde exista coro, después de tercia.

7. El Jueves Santo, la misa para la consagración de los santos óleos se celebrará después de tercia. En cambio, la misa "in Cena Domini" se debe celebrar por la tarde, a la hora más apropiada, pero no antes de las cinco ni después de las ocho.

8. El Viernes Santo, la solemne función litúrgica se tendrá por la tarde, hacia las tres. Pero si razones de carácter pastoral lo aconsejan, se puede hacer más tarde, pero no después de las seis.

5. La solemne vigilia pascual deberá celebrarse a hora apropiada, pero tal que permita comenzar la misa solemne de la misma vigilia hacia la media noche entre el Sábado Santo y el Domingo de Resurrección.

Sin embargo, donde por las circunstancias del lugar o de los fieles, a juicio del Ordinario, convenga anticipar la hora de la vigilia pascual, ésta no se comenzará antes del crepúsculo y, ciertamente, no antes de la puesta del sol.

III.—Cesación de la Abstinencia y del Ayuno cuaresmal restituidos a la media noche del Sabado Santo.

10. La abstinencia y el ayuno prescritos para la Cuaresma, y que hasta ahora, a tenor del canon 1.252, párrafo 4º, terminaban al mediodía del Sábado Santo, terminarán de ahora en adelante a media noche del mismo Sábado Santo.

Sin que obste nada en contrario.

16 de noviembre de 1955.—G. Card. CICOGNANI, Prefecto de la S. C. de Ritos.—† A. CARINCI, Arzobispo de Seleucia, Secretario de la S. C. de Ritos.

Instrucción para la Recta Aplicación del “Ordo” de la Semana Santa

Puesto que el nuevo “Ordo” de la Semana Santa tiene por fin lograr que los fieles puedan participar más devotamente y con mayor fruto en la liturgia en estos días, que ha sido restituida a sus horas propias y más oportunas, es de suma importancia que este fin saludable se logre plenamente.

Por ello, esta Sagrada Congregación de Ritos ha juzgado oportuno añadir al decreto general sobre el nuevo “Ordo” de la Semana Santa una instrucción con la cual se haga más fácil el paso a las nuevas disposiciones y los fieles saquen de la viva participación en los ritos sagrados frutos más abundantes.

Todos los interesados deben afanarse, por lo tanto en conocer y observar la siguiente instrucción:

I. Preparación pastoral y ritual

1. Los ordinarios del lugar cuiden de que los sacerdotes, especialmente los dedicados a cura de almas, sean bien instruídos no sólo en las disposiciones rituales del nuevo orden, sino también en su significado litúrgico y en su fin pastoral.

Provean, además, a que los fieles, durante la Cuaresma, sean convenientemente instruídos para que comprendan en su justo sentido el nuevo “Ordo” de la Semana Santa, de suerte que puedan tomar parte consciente y devotamente en los sagrados oficios.

2. Los puntos principales de la instrucción que ha de hacerse al pueblo son los siguientes:

a) Para la segunda dominica de Pasión, llamada de Ramos

Invítese a los fieles a participar en el mayor número posible en la solemne procesión de las Palmas para rendir a Cristo Rey un público tributo de amor y reconocimiento.

Exhórtese a los fieles a que, con ocasión de la Semana Santa, se acerquen oportunamente al sacramento de la penitencia; exhortación que deberá hacerse sobre todo allí donde priva el uso de acercarse a la confesión en masa la tarde del Sábado Santo y la mañana del Domingo de Pascua. Los sacerdotes con cura de almas procuren, por su parte, facilitar a los fieles el acceso al sacramento de la penitencia durante toda la Semana Santa, pero especialmente en el tríduo sacro.

b) Para el Jueves Santo

Ha de instruirse a los fieles sobre el amor con que Cristo Nuestro Señor, “la víspera de su pasión” instituyó la Santísima Eucaristia, sacrificio

y sacramento, recuerdo perpetuo de su pasión, que había de celebrarse *perennemente* por los sacerdotes.

Invítese también a los fieles a que practiquen una conveniente adoración del Santísimo Sacramento después de la misa "*in Cena Domini*".

En las iglesias donde, para testimoniar el mandato del Señor sobre la caridad fraterna, se haga el lavatorio de los pies según las disposiciones del nuevo "*Ordo*", instrúyase a los fieles sobre el profundo significado de este sagrado rito y sobre la oportunidad de que en este día abunden ellos en obras de caridad cristiana.

c) Para el Viernes Santo

Prepárese a los fieles para que comprendan bien la singular función litúrgica de este día, en el que, tras las sagradas lecciones y plegarias, se lea solemnemente la pasión de Nuestro Señor, se elevan oraciones por la necesidad de toda la Iglesia y el género humano; toda la familia cristiana, clero y pueblo adora, además, devotísimamente la santa cruz, trofeo de nuestra redención.

Finalmente, a tenor de la rúbrica del nuevo "*Ordo*", y como estuvo en uso durante varios siglos, todos cuantos lo deseen y estén dispuestos podrán acercarse a la sagrada comunión, y esto, sobre todo, para que, recibiendo devotamente el cuerpo del Señor, muerto por todos en este día, perciban con más abundancia los frutos de la redención.

Insistan, además, los sacerdotes en que los fieles vivan más recogidos en este día y no olviden la ley la abstinencia y el ayuno.

d) Para el Sábado Santo y la vigilia pascual

Es necesario ante todo que los fieles sean instruídos sobre la particular naturaleza litúrgica del Sábado Santo, ya que se trata de un día de sumo luto, en el cual la Iglesia persevera junto al sepulcro del Señor, meditando su pasión y muerte, y se abstiene del sacrificio de la misa, mientras el altar está desnudo, hasta que, después de la solemne vela y de la nocturna espera de la resurrección, abre libremente el ánimo a la alegría pascual, cuya abundancia se desborda en los días sucesivos.

La vigilia tiene, además, la misión de demostrar y recordar litúrgicamente hasta qué punto ha nacido nuestra vida de gracia de la muerte del Señor. Por eso, bajo el símbolo del cirio pascual, quiere mostrar al mismo Señor "*luz del mundo*" (Juan, 8, 12), que ha disipado con la gracia de su luz las tinieblas de nuestros pecados; se canta el pregón pascual con el cual se ensalza esplendor de la santa noche de resurrección; se traen a recuerdo los prodigios obrados por Dios en el Antiguo Testamento, pálidas imágenes de las maravillas del Nuevo; se bendice el agua bautismal, en la cual, "*consepultados con Cristo*" en la muerte del pecado, resucitamos

con el mismo Cristo para “caminar en una vida nueva” (Rom. 6, 4); finalmente, con la renovación de las promesas bautismales, nos comprometemos a mostrar a todos, con la vida y con las obras, aquella gracia que Cristo nos mereció y nos confirió en el bautismo. Por último, tras haber implorado la ayuda de la Iglesia triunfante, la sagrada vigilia termina con la misa solemne de la resurrección.

3. No menos necesaria es la preparación ritual de las sagradas ceremonias de la Semana Santa.

Es necesario por esto preparar y disponer solícitamente cuanto haga falta para el piadoso y decoroso desarrollo de esta santísima semana. Los sagrados ministros y demás auxiliares, tanto clérigos como laicos, especialmente si son niños, deben ser instruidos diligentes en su oficio.

II.—Anotaciones sobre algunas rubricas del “Ordo” de la Semana Santa.

e) Para toda la Semana Santa

4. Donde haya número suficiente de sagrados ministros, celébrense las funciones de Semana Santa con todo el esplendor de los sagrados ritos. Donde no sea posible conseguir sagrados ministros úsese el rito simple, ateniéndose a la rubricas especiales indicadas en el propio lugar.

5. Cuando en el nuevo “Ordo” de la Semana Santa se dice “ut in Breviario Romano”, debe tomarse todo de este libro, observando, sin embargo, las normas establecidas por el decreto general de la Sagrada Congregación de Ritos, del 25 de marzo de 1955, “De Rubricis ad simpliciore[m] formam redigendis”.

6. Para toda la Semana Santa, esto es, desde la segunda dominica de Pasión o de Ramos hasta la misa de la vigilia pascual inclusive, en la misa (y el Viernes Santo, en el solemne oficio litúrgico), celebrada solemnemente, esto es, con ministros sagrados, el celebrante omite lo que el diácono, el subdiácono o el lector cantan o leen.

b) Para la segunda dominica de Pasión o de Ramos

7. En la bendición y procesión úsense ramos de palma, o de olivo, o de otros árboles. Estos ramos, según los varios usos locales, o son preparados y traídos a la iglesia por los fieles o se distribuyen a éstos después de la bendición.

c) Para el Jueves Santo

8. Para la solemne reposición del Santísimo Sacramento prepárese un lugar adecuado en cualquier capilla o altar de la iglesia, como está

prescrito en el Misal Romano, y adórnese decorosamente lo más posible con velas y luces.

9. Se recomienda vivamente que se cumplan los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos contra los abusos en la preparación de este tugar, conservando la austeridad propia de la liturgia de estos días.

10. Adviertan oportunamente los párrocos y rectores de iglesias de que la pública adoración de la Sagrada Eucaristía habrá de durar desde el fin de la misa "in cena Domini" por lo menos hasta la medianoche, a saber, cuando al recuerdo de la institución de la Sagrada Eucaristía se sobrepone la memoria de la pasión y muerte del Señor.

d) Para la vigilia pascual

11. No hay prohibición de que las señales que han de ser marcadas por el celebrante con el punzón sobre el cirio pascual sean preparadas con anterioridad en colores o de cualquier otro modo.

12. Es conveniente que las candelas llevadas por el clero y el pueblo permanezcan encendidas durante el canto del pregón pascual y mientras se hace la renovación de las promesas bautismales.

13. Es también oportuno adornar convenientemente el vaso del agua que ha de bendecirse.

14. Si hubiese bautizandos, especialmente si son numerosos, está permitido anticipar a la mañana, en el tiempo más oportuno, las ceremonias del ritual romano que preceden a la administración del bautismo, a saber, en el bautismo de los niños, hasta las palabras "credis in Deum" (Rituale Romanum, tit. III, cap. II, n.º 12), y, en el bautismo de los adultos, hasta las palabras "Quis vocaris" (Rituale Romanum, tit. III, cap. IV, n.º 38).

15. Si en esta sagrada vigilia debieran conferirse, además, las órdenes sagradas, la última admonición (con la imposición del llamado "Penso"), que, según el pontifical romano, tiene lugar después de la bendición del Obispo y antes del último Evangelio, en esta noche habrá de decirse antes de la última bendición.

16. En la vigilia de Pentecostés se omiten las lecturas y las profecías y la bendición del agua bautismal con las letanías; y también la misa conventual, ya solemne, ya cantada, se comienza, como de costumbre, con la confesión al pie del altar y el introito "Quum sanctificatus fuero", como hace notar el Misal Romano para las misas rezadas.

III.—Misa, Sagrada Comunión y ayuno eucarístico durante el triduo sacro.

17. El Jueves Santo se debe observar la antiquísima tradición de la Iglesia romana, según la cual, prohibida la celebración de las misas privadas, todos los sacerdotes y clérigos asisten a la misa “in Cena Domini”, acercándose a la sagrada mesa (cfr. can. 862).

Pero donde lo exijan motivos pastorales, el Ordinario del lugar podrá permitir una o dos misas rezadas en cada iglesia u oratorio público; en los oratorios semipúblicos, sin embargo, sólo una misa rezada; y esto con el fin de dar posibilidad a todos los fieles de poder participar en este día en el santo sacrificio de la misa y recibir el cuerpo del Señor. Sin embargo, estas misas están permitidas tan sólo en las horas asignadas para la misa solemne “in Cena Domini” (Decreto II, 7).

18. El mismo Jueves Santo sólo se podrá distribuir la comunión en las misas vespertinas o inmediatamente después, lo mismo que en el Sábado Santo, la comunión sólo se puede distribuir en la misa solemne o inmediatamente después; se exceptúan los enfermos y quienes estén en peligro de muerte.

19. El Viernes Santo, la comunión, se puede distribuir tan sólo en la solemne función litúrgica después de mediodía, exceptuados siempre los enfermos y los que estén en peligro de muerte.

20. Los sacerdotes que celebren la misa solemne de la vigilia pascual en la hora propia, es decir, después de la medianoche entre el sábado y el domingo, pueden celebrar la misa festiva del Domingo de Pascua, y si tienen indulto, incluso dos o tres veces.

21. Los Ordinarios de lugar que el Jueves Santo han celebrado la misa crismal pueden, por la tarde, celebrar también la misa solemne “in Cena Domini”; en cuanto al Sábado Santo, si quieren celebrar la solemne vigilia pascual, pueden celebrar, aunque no están obligados, la misa pontifical el mismo día de Pascua.

22. En lo referente al ayuno eucarístico, se observarán las normas establecidas en la constitución apostólica “Christus Dominus”, del 6 de enero de 1953.

IV.—Solución de algunas dificultades.

23. Puesto que la tradición de los distintos lugares y de las varias poblaciones conserva muchos usos anejos a la celebración de la Semana Santa, los Ordinarios del lugar y los sacerdotes con cura de almas procuren armonizar prudentemente aquellos usos que favorezcan la sólida piedad con el nuevo “Ordo” de la Semana Santa. Instrúyase asimismo a los

